BIBLIOTH. DE L'UNIVERSITÉ

FACULTÉ
DE
THÉOLOGIE
DE PARIS

THÈSES

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
692

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
692

Volume de 405 feuillets
(moins 25, 26 et 346)
20 Juin 1912

326

Theses theologicae

ad Laureau.

327

Circa theologiam naturalem, divinam revelationem, ac veram Christi Ecclesiam disputaturus, sequentes theses, favente Deo, tueri conabor:

Circa theologiam naturalem.

I Esse Deum certissimè probatur innumeris argumentis quae tamen vulgò reducuntur ad physica, moralia, et metaphysica.

II Deus habet omnes perfectiones, et in omni genere perfectionum est infinitus.

III Deus consideratus ut simpliciter existens est independens, immutabilis, aeternus, immensus.

IV Deus prout concipitur à nobis relativè ad creaturas, plenissimam habet scientiam, perfectissimam voluntatem, et summam potentiam.

V Deus, si consideretur relativè ad ordinem moralem summâ gaudet sanctitate, bonitate et justitiâ.

VI Deus mundum universum è nihilo produxit, eumque conservat et gubernat.

VII Nullo fundamento nititur Polytheismus.

VIII Item omni ratione caret Dualismus.

IX Necnon et Pantheismus,

X sive sit emanativus ad mentem Veterum Orientalium

XI vel immanens in sensu Spinozae

XII vel subjectivus prout illum Fichte excogitavit

XIII Vel realisticus, à Schelling excogitatus.

XIV Vel Logicus seu idealisticus, qui patrem habuit Hegel.

XV seu tandem psychologicus, in Gallia superiori invectus.

XVI Fatalismus est rejiciendus.

XVII Malum solam causam habet libertatem creatam, nullomodo Deum.

XVIII Datur essentiale discrimen inter bonum et malum morale.

XIX Existit lex naturalis, quae religio naturalis vocatur si Deum habet pro objecto, et ~~vel~~ Moralis naturalis, si consideretur in ordine practico.

XX Deus sicut est causa efficiens creaturae, ita est finis ultimus omnis creationis, et specialiter hominis.

382A

II Circa Divinam revelationem.

1° Duplex revelatio est distinguenda, nempe simpliciter Divina, sicut fortassis primaeva revelatio loquelae, et vere supernaturalis, de quo hic agitur.

II Revelatio supernaturalis, seu illa quae complectitur doquata rationi imperviu, vel praecepta legi naturali superaddita, omni ex parte est possibilis.

III Revelatio supernaturalis homini sicut nunc nascitur valde utilis est, imo et necessaria ut finem suum ultimum attingat.

IV Rationalismus non est admittendus

V Optima verae revelationis indagandae ratio non est intrinseca disquisitio veritatum revelatarum sed examen motivorum credibilitatis.

VI Ergo falsum est systema hermesii

VII Dantur notae quae veram Dei revelationem certissime secernunt a falsis, et ex illis notis primum locum habent miracula et prophetia.

VIII Miraculum est possibile

IX prophetia est possibilis.

X Libri veteris et novi Testamenti sunt authentici et integri.

XI Religionem Christianam probatur esse divinam 1° ex miraculis Christi.

XII 2°. ex vaticiniis quae in Christo impleta sunt.

XIII 3°. ex vaticiniis quae Christus ipse protulit

XIV 4° ex sua mirabili propagatione

XV 3.° et mirandis illius effectibus.

XVI Nulla est è gentilium religionibus quae divinae revelationis characterem habeat.

XVII Exploditur Systema Mythismi ad mentem Strauss

XVIII Christiana religio non non est syncretismus ex ideis Messianis, ex Orientalibus traditionibus et hellenicis commentis, à christo conflatus, sicut quidam Neoterici somniarunt.

III Circa veram Christi Ecclesiam.

I. Christus instituit Ecclesiam, seu societatem positivam, in qua religio ab ipso tradita, semper pura et integra asservaretur.

II. Inter varias Christianorum societates, nonnisi una dari potest quae vera sit Christi Ecclesia.

III. Vera Christi Ecclesia notas seu characteres habere debet quae illam certo produnt ut veram.

IV. Illae notae sunt unitas, sanctitas, apostolicitas, et universalitas.

V. Vera Christi Ecclesia, ut ad finem suum pertingat, qui nihil aliud est quam conservatio et diffusio divinae revelationis, triplici gaudere debet potestate, scilicet: magisterio, ministerio, et imperio.

VI. Illa triplex praerogativa hierarchico ordini, ex ipsomet institutione Christi, competit.

VII. Ergo in spiritualibus ecclesia pollet suprema solique Deo subjectâ auctoritate.

VIII. Ergo ista potestas non residet in communitate Christianâ, nec tanquam in subjecto, nec tanquam in fonte.

IX. Primatum non honoris tantum, sed et jurisdictionis in totam Ecclesiam Christus beato Petro contulit, et suis successoribus, id est, Romanis Pontificibus.

X. Episcopi sunt presbyteris, jure divino superiores.

XI. In rebus fidei et morum proponendis ac dijudicandis, infallibili auctoritate gaudet corpus pastorum unà cum Romano Pontifice

docens vel judicans, sive sit per orbem dispersum, sive in concilio oecumenico adunatum.

XII In causis fidei et morum definiendis, praecipuas partes habet Romanus Pontifex, ejusque judicium si Ecclesiae consensus, sive expressus, sive tacitus accesserit, est irreformabile; an vero ante Ecclesiae consensum sit infallibile, salvâ fide controvertitur.

XIII Illud omne et solum est de fide divinâ catholicâ quod est revelatum in Verbo Dei sive scripto, sive tradito, et propositum ab Ecclesiâ ut fide divinâ credendum.

XIV Scriptura sacra unicus Revelationis fons non est nec esse potest, ideoque datur Verbum Dei traditum eadem ac verbum Dei scriptum auctoritate pollens.

XV Spiritus privatus quem admittunt Protestantes non est verus ac legitimus Verbi Dei interpres.

XVI Societates Protestantium nullam verae Christi Ecclesiae notam prae se ferunt.

XVII Ex omnibus orientalibus Ecclesiis a Romanâ Ecclesiâ separatis, nulla est quae omnes verae Christi Ecclesiae characteres habeat.

Has theses, Duce Deo, et auspice Mariâ
immaculatâ virgine, praeside H. Maret,
ill. facultatis theologicae parisiensis, doctore,
professore, ac Decano, tueri conabitur,

Eug. Maricourt, Ecclesiae ad sanctam Genovefam
capellanus.

Die vigesimo nono Decembri MDCCCLIX
a meridie ad vesperam.

Vidi et legi

H. Maret